



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

S. VValerici monasterium, apud Caletes, in Gallia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

quinto, sub die Calendarum Martiarum, Indictione tertia, qui erat annus Clodovae Regis undecimus. Est autem hoc cœnobium situm in territorio Rotomagensi, distans à memorata vrbe millibus ferme decem & octo; porrò à fluuio magno Sequana, spatio passuum circiter octingentorum.

Adiutor verò huius operis, ac cooperatores insignis fuit *Vuanningus* vir illustris, qui monasteria varia, in his & *Fiscanum* construxit.

*Fiscanum.*

Porrò *S. Vuandregisilus*, in Caletani tractus populis, qui id temporis rapaces ac beluinas fere vitam agebant, mitigandis, & Christianæ disciplinæ subdendis, admodum laborauit, multaque alia pietatis opera edidit.

Hæc exactis illius, à quodam eius penè æquali conscriptis, atq; à *Surio* editis, excerptissimus.

*Apud Surianum*  
to. 4.  
Induct. 22.

*S. Valerici monasterium, apud Caletes, in Gallia.*

**S** *Valerius*, *B. Columbani* Hiberni, qui *Luxouien*se in Burgundia, & *Bobien*se in Italia condidit monasteria, discipulus, *Clotario* Francorum Regi gratissimus existit. Eo adiutante istud ipse monasterium ædificauit, in quo hodieque corpore quiescit.

Plura

Plura vide in Actis eius à Surio euulgatis.  
de S. Columbano vide infra cap. 13.

*Centula, hodie S. Richarij monasterium in  
opido eiusdem nominis, apud Caletum  
regni Franciæ opi-  
dum.*

**S** Richarius Abbas & fundator mona-  
sterij Centulensis in agro Pontiuo, fuit  
Dagoberto Gallix Regi admodum gratus.  
Vitam eius scripsit Alcuinus Flaccus ad Ca-  
rolum Magnum Imp. quæ exstat apud Suri-  
um tomo 2. Meminitque eiusdem Hucbal-  
dus in vita S. Rictrudis Marchianensis. Ex  
his breuem vitæ eius seriem recitat Molanus  
in Natal. SS. Belgij; *Natus est Richarius in  
villa Cētula, prouinciæ, Pontiuæ in quâ per pietat-  
is opera; & prædicationis lumina clarus efful-  
sit: sed & in vltimas Britannia regio-  
nes lumen veritatis suo sparsit aduentu. Re-  
uersus verò ad patriam, quodam tempore visi-  
tauit equitando Deo deuotam feminam Ri-  
ctrudem, & cum iuxta morem, ipsa ad  
propria ascenso equo, remeanti, filiolum Mau-  
rontum, quem antè sacro baptisate re-  
generauerat, benedicendum daret, immisit  
antiquus hostis equo ferocitatem: sed oran-  
te famulo Dei, puer, qui ceciderat sanus*